



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 120. Ærarii Præfectus per Reginæ malitiam condemnatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

§. CXX.

Sæcul. XVI.

A.C. 1522.

*Ærarii Præfetus per Reginæ malitiam condemnatus.*

**H**is perceptis Rex, ut de rei ferie ple- *De Thou hist.*  
 nius edoceretur, unacum Semblan- *t. 1.*  
 caio Matris suæ cubile ingrediebatur, *Belcar. l. 17.*  
 qua præsente Præfetus, quæ mox Re- *Mem. du Bel-*  
 gi dixerat, cuncta repetiit. Illa vero tam *lai l. 2.*  
 vehementi ira commovebatur, ut Sem-  
 blancaium mendacii redargueret, at-  
 que innocentiam suam a viro adeo te-  
 inerario attentatam vindicari, a Filio  
 suo postularet. Verum cum nil antiqui-  
 us sit in ejusmodi eventibus, quam quod  
 magnorum Principum tonitura debilio-  
 res feriant, ita etiam Semblancaius in  
 anteriori Reginæ cubili comprehenditur,  
 & Pratus Cancellarius Reginæ amicus, ac  
 occultus Præfecti hostis rem eo deduxit,  
 ut Rex judices deputaret, qui adversus  
 Semblancaium judicii acta instruerent,  
 quamvis accusatus se a nemine nisi a

N 5

con-

que fuere delatae, primumque ab hoste in Me-  
 diolanensi Ducatu interceptæ, vel Reginæ in-  
 juste accusatur, quod in Galliis has pecunias si-  
 bi vendicaverit, vel per fraudem, & menda-  
 cium Gallorum Belliduces Helvetiis exponebant,  
 pecunias jamjam Aronam delatas esse, ac quin-  
 to vel sexto die absque omni periculo ad eo-  
 rum castra advehendas.

**Sæcul. XVI.** congregata Parlamenti curia judicari  
**A.C. 1522** posse, allegatis privilegii sui tabulis con-  
 testaretur. Discussa tamen caussa pro-  
 nunciatur sententia, qua Semblancaius  
 peculatus criminis obnoxius declaratur,  
 & tandem morti adjudicatur, sive id  
 factum, quod judices mitiori suppicio  
 Reginæ indignationem sibi accersere ti-  
 merent, sive illorum animis ea infede-  
 rit opinio, absque perfidiæ noxa haud  
 diu Regum æraria administrari posse.

## §. CXXI.

*Fons rapidus ab Hispanis obsidione  
 cinctus.*

**Joan. Ant.** Interea Franciscus I. Bonnivetum Ad-  
*Vera hist. de* miralem Fonterabia seu Fonte-rapi-  
**Charles V.** do, cuius Gubernator erat, evocabat,  

**p. 82.**

 in ejusque locum Lusdi Comitem sub-  
 robabat: Verum Admirale vix inde pro-  
 fecto Hispani cum valido exercitu adve-  
 niunt, urbem recuperaturi, quam cum  
 propter obfirmatam Comitis constan-  
 tiā vi expugnare desperarent, famis  
 violentia depopulari statuerunt. Jam  
 integer annus effluxerat, quo urbem af-  
 fidue cinxerant, eoque intervallo aut  
 famis, aut morborum injuria plurimos  
 abstulerat, adeo, ut ex quatuor milli-  
 bus, quibus urbis præsidium constabat,  
 nequi-